


ANNALIVM
PADERBORNENSIMUM
LIBER II.

B.BADURADUS,
II, EPISCOPVS
PADERBORNENSIS.

Annus Christi 815.

Leonis III. Papæ 20.
Ludovici Pij Imp. 2.
Baduradi Ep. Pad. I.



Ost excessum Hathumari Episcopi, subrogatus Badura-
est Baduradus, Anno Christi 815. Ludovici Pij dus ex no-
Imperatoris secundo ; quem altero dehinc bilitate
anno semper est consecutus, gesto Episcopatu Saxonica,
in quadragesimum tertium annum. Nomen & Clero
hujus Præfulis pro scriptorum varietate vari- Herbipo-
lensii sc.
um ; alij Baderatum & Baduratum, alij Bada- cundus
radum & Baduranum vocant. Teganus priscus ex eadem ætate scri- Paderb.
ptor Baradadum appellavit. Nostri (quod certius ei in diplomate Lu- Episco-
dovici Pij nomen est) Baderadum & Baduradum scribunt. Præclarus
& dignus eo sæculo Episcopus ; quem ab integritate vitæ , fervore
religionis, magnitudine animi, atque ab omni virtutum ornatu scri-
pta factaque mirificè commendant. Paucis hæc Jdo Presbyter com- Jdo Presby-
plexus in actis Liborianis. *Hathumaro, inquit, successit Baduradus, qui ter.*
et ipse ex hac regione, nobili ortus prosapia, ex ejusdem Ecclesiæ, Herbipo- Auctor via
lensis videlicet, Clero electus est. Qui præclaræ morum nobilitatis, magnani- ta Mein-
mitatis et industriae merito familiaritatem regiam intimè consecutus, tant & uverci.
dignitatis locum promeruit, ut ei non minor facultas, quam voluntas ampli- Gelen.lib. 4.
ficandæ, provehendæ, atque adornandæ Ecclesiæ sibi commissæ suppeteret vi-
deretur. Genus igitur Baduradi (quod & Auctor vitæ Meinwerci Sacra.
Episcopi retulit) ex nobili Saxonum familia, atque, ut Gelenius per-
hibet, ex Adelingis Padbergicis ; quorum per illa tempora ingentes
H opes,